

*exactæ MCCCXXXIII. editum est à D. Luca Dacherio Tom. A
XL. Spielegii; quod Guillelmus ipse scriperit ab eo
anno Siegherti Chronicon se continuavisse, tametsi
nonnulla mutuatur ab Anselmo Gemblacensi Mo-
nacho, Siegherti Continuatore. Illud continuave-
re Anonymi duo Monachi Sandionysiani. Prior
desinat in anno MCCCXXI. alter in anno MCCCXLVIII.
Scripsit idem Nangius Gestæ S. Ludovici, (live
incepta ab Egidio Remensi prosecutus est, si-
c ut ipse fatur) & filii ejus Philippi cognomento
Andacis. Idem Historicus Chronicon suum Galli-
cè vertit.*

CAPUT V.

De Scriptoribus Illustribus XIV. Seculi.

ARTICULUS I.

*De Eggerbo Admontensi, Joanne à Sancto
Geminiano, Raynerio, Bernardo Guido-
ne, Henrico Sterone, Dino, Eberardo,
Sifrido, Nicolao Triveto, Joanne de
Parisus, & Joanne Daus Scott.*

*E*NGELBERTUS, Admontensis Abbas, quod Monasterium est in Styria, ad Amasum amam, ultra Perium Montem, floruit anno MCCC. Scriptis libros De origine & fine Imperii Romani; De Aricallis Fidei; De Corpore Domini; De Passione Domini & Mysterio Crucis; De gratia Salvacionis & Justitia damnationis; De Libero arbitrio; De summo hominis bono; De Providentia Dei; De Miraculis Christi; De statu Defunctorum; De Christiani Principiis Institutione; Commentarium in Psalmum, Beati Immaculati; In Evangelium, In Principio, &c.

II. JOANNES DE S. GEMINIANO, Ordinis Fratrum Prædicatorum Doctor egregius, anno MCCCX. florebat, Antonio Senensi teste. Præter Sermones de Tempore, de Sanctis, & Funeribus, scripsit *Summam admodum utilem Prædicatoribus, De similitudinibus rerum, in qua natura-
lia præclare ad mores accommodat, additis inter-
dum Scripturæ Sacrae & Sanctorum Patronum sen-
tentiis. Decem libros complectitur. Primus exempla similitudinæsque tradit de corporibus simplici-
bus, celo nimirum & elementis; secundus de metallis & lapidibus; tertius de vegetabilibus &
plantis; quartus, de natatilibus & volatilibus; quintus, de animalibus terrestribus; sexius, de homine & membris ejus; septimus de visionibus & somniis; octavus de Canonibus & Legibus; nonus, de artificiis, & rebus artificialibus; decimus, de actibus & moribus humanis. Hoc Opus S. Antonius com-
mendat P. III. Chronic Cap. XXXII. §. II.*

*III. Duos viros nomine afines, duobus, quorum
tractamus historiam, faculis, Prædicatorum Ordo
tulit, Italum utrumque. Prior Placentinus, REI-
NERIUS nimirum fuit REINERIUS SACHO-
NIUS, ex Heretico Waldensi, & Episcopo Sectæ
Catharorum, Fidei Catholice non modo profes-
tor, sed defensor, Theologæ, Juilique Canonici
et peritissimus, Inquisitor Fidei in Longobardia
circa annum MCLIV. teste Antonio Senensi in Bi-
bliotheca Authorum Ordinis, scriptis Opusculis
De Hereticis, præcipue de Sectis Waldensium.
Alius posterior ætate RATNERIUS, Pisatus,
qui teste S. Antonius iii. P. Chonaci Tit. XXII.*

C. xi. §. 2. *Summam edidit, quæ Pantheologia insci-
ficitur, in duas partes tributam, procedentem in
materiæ secundum ordinem Alphabeti, quæ non so-
lum tractat de casibus conscientia, sed etiam de omni
materiae praedicabili, & per modum praedicabilem.
Scribebat anno MCCCXXXIII. Raynerio Pantheologi-
am auxit illustrativeque P. Joannes Nicolai in Sacra
Facultate Pariseni Docttor Theologus, sed mirum
est quid nihil praefari dignatus est. Auctore cuius
agrum aravit, cuicunque suo labore, industria, erudi-
tione id contulit beneficij, ut messem ferret
longe uberiorem ac locupletiorem. Jacobi Floren-
tini Ordinis Minorum Professoris Prologos reci-
dit, omnisque monachæ neglexis eruditum illum
Minoritam ex Raynerio Pantheologia pauca sub-
traxisse, multa addidisse, que deficer videban-
tur, reducendo etiam aliquas materias subtiles
ad stylum facilioriem & clariorem, ut tam à le-
gentibus quam audientibus dulcius gustarentur, &
et mellius imprimenterentur. Verba ipsius sunt
in altero Prologo. In priori verò ad B. Cardinalem
Placentinum, Sabiniensem Episcopum, de Rayne-
rio magnifice prefatur. Emicuit Pater ille omni
veneratione dignissimus in Pisana urbe F. Rayne-
rius, qui utilitati omnium studiorum incumbens,
sine sui laude, & de se ipso, ut plerique faciunt,
nec prestationem premittens, absolute incepit: AB-
SOLUTIO... Opus pretiosissimum posteris reliquit,
omni utilitate compleatum. Nihil enim deficit. Omnia
nempe ordinatisse distinxit, argue optime stylo
perfetto in Summam redigit.... Quid utilitas, quid
difficultatis, quid insuper necessarium in studio Scripturæ
Sanctorum repertii potest, quod in hac
Summa inveniri plene non possit?... Tanta facundia
& doctrine claritate resulst Vir iste omni virtute
præclarus, quod usque ad partes extremae nostra
Christianæ Religionis Religiōs nonnulli ac Cleric
ipsum Opus omni cum diligentia deportaverunt.
Tanta namque fragantia existit, quod ab ipsis longi-
ginquis partibus traxerit studiosos & literatos. Ipse
deus ingens & plenus non solum sua Professionis,
sed & omnium Religionum, & totius Italiae, &
propria nationis. Haec vir cordatus in Praefatione
Summae Rayneriane sive Pantheologiae, Editionis
Nurembergensis anni MCCCCXXIX.*

*IV. BERNARDUS GUIDO, patria Lemovicensis, ex humili familia in vico Roccio, prope
Rupem Avis natus, Fratrum Prædicatorum Ordinem anno ætatis decimo-nono ingressus est, cùmque diversi Officiis Ordinis egregie functus esset.
In iustitiorum etiam munus Tolosa octodecim circiter
annis gefulset, intermixte per Italiam, Galliam,
& Belgiam Legationes Apostolicas pro negotiis dif-
ficillimis obiulset, à Joanne XXII. Pontifice Maximo
Tudenis primum in Castella, deinde Lodo-
vensis in Provincia Narbonensi Episcopus creatus
est anno MCCCXXIV. Obiit Præful doctrina, vita san-
ctimonio, & miraculis clarus anno MCCCXXXI, ætatis
septuagesimo; ejus corpus ad FF. Prædicatores Le-
movicenses delatum est. Scriptat Chronicon Ro-
manorum Pontificum, Imperatorum, & Regum
Francorum, usque ad annum MCCCCXXX. quod
Joanni XXII. dicavit: Item Vitas Sanctorum, quæ
Tolosa extant in FF. Prædicatorum Bibliotheca,
quinque pragrandibus voluminibus, Tractatus de
Concilis, De Officio Missæ, Chronologian Epis-
coporum Lemovicensium ac Tolosanorum Comi-
tum, Acta S. Thoma Aquinatis, &c.*

*V. HENRICUS STERO, Ordinis Benedictini
in Altaicio Germania Cenobio Monachus,
xv. ineunte seculo floruit. Annales scripti ab
anno Christi MCLII. ad annum MCLVIII. Editi
sunt inter Scriptores Rerum Germanicarum à
Merquardo Fraterno, & auctores Tom. I. Antiquæ
Lectionis*